UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes Ivniae Entheae

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1436

XXXIII. Ad Michaëlem Chilianum Alteburgium.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6

Visual Library

XXXIII.

## Ad Michaëlem Chilianum Alteburgium.

*Si labor eſt animæ vigor, & vita: otia mentis*
*Sunt caries, & mors triſtis, & ægra lues.*

XXXIIII.

## Ad Nicolaum Ciſnerum Iuriſconſultum.

*Quid fortuna ſit, aut caſus, nil curo: ſed iſtud*
*Vtrumuis equidem nomen inane puto.*
*Cur hoc? namque Deo ſunt omnia plena: remotus*
*Sit licet à noſtris ſenſibus ipſe Deus.*
*Corpore ceu vacuum nihil eſt: ſic quicquid vbique*
*Cernitur, hoc magni vis replet omne Dei.*
*Seu benè, ſeu malè ſit mihi: Fors, Caſuſque valete:*
*Solius imploro numen, opemque Dei.*

XXXV.

## Ad Danielem Cromerum.

*Quicquid agis, rectè DANIEL age. ſic benè (de te*
*Sponte loqui coges, benè vel ſentire malignos.*

XXXVI.

## Hieronymi VVolfij Oetingenſis Epitaphium.